

tam operosa deliberatio de genere vitæ. Sed quidquid sese primum afferret molientibus id intrepide & vi-
 riliter egeretis, atq; utroq; oculo in hunc eundem scopum defixis sue futuræ gloriæ Magistratus civilis iuris
 peritis suis honestis ciues. Christiana religionis integritate ornati nusquam possetis recedere. Omnes enim
 conatus vestri essent sancti omnia studia vera DEI præsentis agnitione illustrata sine anxia inuestigatio-
 ne humani consilij ad optatos exitus prouerentur. Nunc plerique discipuli etsi ex prima institutio-
 ne intelligunt sese magnis beneficijs Christo quam artissime deuinctos esse, neq; quidquam putant pri-
 aut fortius quam ad coagumentationem Ecclesiæ ipsius, aliquid opis conferre, tamen quia vident eam
 rem in arduo esse positam, et statim in limine, multas cruce multaq; pericula id agentibus incumbere:
 discedunt ab officio fingentes causas quas alijs intentis studijs, Ecclesiarum aggregationi se subducant,
 neq; possint apud homines confiteri quæ de DEO sese didicisse, & credere profitentur. Atqui ut E-
 uangelium non abolet honesta studia: imo stabilis, & confirmat: sic omnium ætatum, ordinum, profes-
 sionum communis et ad salutem necessaria vocatio est, Christum unicum Seruatorem, non solum in
 ore, sed etiam in corde sicut in verbo suo se pacem fecit residentem habere: idq; tum externa vita
 tum constanti veritatis defensione priuatim ac publice testari. Cuiusquis igitur Ecclesiæ (quæ ve-
 re Christum colunt) ideo se subducit ne probij aut oppressionis securus fiat, idem neq; sanctimoniam ne-
 q; aliarum cælestium donorum particeps erit. Sed quorsum hæc? nisi ut si velitis non meo solum ani-
 mo probari sed etiam DEO placere, vel isthuc memento aperte consonemini cœtib; pie smereq; colentium
 Deum, vel maturè in aliquam bene institutam Scholam profecti, non dissimuletis fidei vestræ efficaciam
 quæ etsi male audit apud filios huius sæculi, tamen apud DEUM qui iuste iudicat, magnam habet laudem
 et præmij retributionem, ut longe sit optabilis affectus malis cum populo DEI: quam momentaneis hy-
 poritarum commoditatibus frui ut ait Apostolus. Sed hæc hæc tene. Sæpe vestri vultus animo meo
 obuersantur orantis filiam DEI ut vos seruet inculpatos et firmos in fide, usq; ad illustrem aduen-
 tum suum. Amen. Salutem ex me dicite vestris parentibus & D. Johanni Lippio pastori vestro.
 Valent cognati, et in studium suum incumbunt. 10 Cal: Decembr. 1.5.6.6. Duisburgi. Vestre a-
 dolescentiæ quondam cūtor

Johannes Molang.

Ms. 166)

M. Joh. Lippio bredumensis ministro. Pax Christi.
 Magna sum affectu latitia dilecte frater Vbi nomen Johannis Lippi litteris tuis subscriptum vi-
 di: delectatus enim sum olim tuo ingenio cum in Elandria quædam pietatis rudimenta discantibus propore-
 rem, quæ tunc præter ceteros auidè et constanter solebas arripere. Sed veritè sum semper me tenerè
 animum tuum læderent Monachorum contagia, quæ quamplurimos adolescentes aliquo quidem usq; ad
 sinceram religionem prouectos, dementi ruina (ut præta loquitur) ad impias superstitiones abripuerunt.
 Itaq; postquam ex tuis litteris intellexi ubi sis, & quid moliaris, multo solidiore gaudio recreatus sum,
 et gratias egi DEO et Saluatori nostro Jesu Christo, quod te quoq; ex illis exitialibus tenebris, in
 quibus una olim circumducti fuimus in admirabilem lucem suam transfulerit atq; adeo ad eam euex-
 erit dignitatem, ut factus sis dispensator cælestis sapientiæ & spiritualium bonorum per gloriosum Euan-
 gelium quod tibi est concredidum in Ecclesia DEI viui, quam nunc & verbo veritatis, & inculcata vitæ
 exemplo gubernas, ad normam iustitiæ ipsius & ad spem salutis æternæ. O te beatum Venerande frater,
 siquidem ex animo erga consortes propenso fideliter distribuere præclarissimum depositum, nusquam amo-
 uent oculos ab illo primæ Passorum ad cuius illustrem aduentum erectis vultu retinens, nos quoq; quot
 quot aliquo purioris doctrinæ studio diuinitus accensi sumus. Te vero quendam spiritum potentiorē ha-
 bere oportet in pectore quo freti omnes impiorum hominum contumelias, & Sathanici furoris assidu-

[= Herz. A. 42 = Nr. 94]

as oppressiones infractis constantiq; animo perferre possis. Non enim ignoras Leonem illum tartareum & tuo gregi, et tibi quoq; ipsi perpetuo incumbere, atq; in omnes perdendae occasiones intentum esse, cuius crudelitas non nisi vigilantia Spiritualij et fidei robore potest expugnari, ut taceam hominum perfidiam, fraudes, scitiam, quib; vel ad unum diem non posset viuis superesse nisi maior esset et potentior is qui in te est Spiritus, quam qui est in Mundo. Proinde non horreo te sed tibi gratulor quod bono magnoq; animo praeclatus Superborum Spirituum terrorib; DEI potentia opponis, quod exemplo Christi Jesu causam tuam DEO iuste iudicanti committis. Quod deniq; sang & integer fide, caritate, tolerantia, totq; ab ipsiq; providentia dependes, semper instans tibi ipsi, semper obnixte urgente laborem docend; & ardentem flagitans laboris successum a DEO patre Jesu Christi Servatoris nostri, cui gloria & praeclatio in omnib; caetib; recte sentientium, Amen. Ego si liber & mei iuris essem, cum alacritate in patriam revolare: nunc quum a Bremensib; pestilentiali causa dimissus sim ad tempus, donec scilicet rursus Schola collegi possit: non prius possum a Statione discedere, quam illi mihi bona cum gratia concesserint legitimam discessionem. Interea mecum adorabis Spiritum Sanctum Evangelicij Ministerij custodem & praesidem, ut et tibi gratiam multiplicet, et me in eo loco iubeat consistere ubi facere possim quae ipsius Majestati grata sint. fiat. Adhuc in memoria habeo, Quam luctuosa et quam atrox carnificina fuerit Pontificum Schola, Quam ob causam semper dum viam celebrabo DEVM pro isthuc inenarrabili beneficio. Quod tandem & nostram patriam dignatq; sit purioris doctrinae Evangelicij tam praeclara restitutione. Duisburgi. 6. Cat. Decemb. Anno. 1. 5. 6. 6.

Johannes Molang.

Nr. 167

Dn. Hermannus Vasmann
Cos. et Scholasticus. Vitem.

Dn. Hermannus Vasmann Conf. gravissime. Postquam est isthuc morte sublatq; Johannes Otterstedius Evangelicae doctrinae fidelissimus Minister tantus moeror meum animum afflixit ut a tam acerbo luctu agere respirare possim. Scribamne audacter quod sentio. Videntur mihi vera religio & germana pietas cum illo tam pio tamq; religioso Sacerdote Christi eodem tumulo sepulta fuisse. Nam quid praeterea boni huc ad doctrinae puritatem, huc ad vitae sanctimoniam ab istis fererib; & importunis convitatoribus sit expectandum non intelligo. Cui nisi semper possillas creparent, & cum Sivarmerorum laniis luctarentur, tam muti essent, quam statuae vel pisces. Sed nolo nunc ingredi hunc campum doloris. Est aliud malum quod me propius attingit, quod obitu D. Johannis vehementer confirmatum est, et mihi spe omne bene regendae Scholae e manib; excussit. Nimirum pertinax et effrenata rebellio clamosi Cantoris, qui plerosq; collegas iam pridem a me disjunctis: et Johanne sublato iam regnum quoddam non minus in templis quam in Scholis occupavit. Atq; adeo haec unica est causa venerande Dn. Conf: cur tam diu lentius emansitem, cur (inquam) ad Scholae gubernationem reuert; detrectem, cum summo dispendio rerum mearum. Natura me inopis et pusilli animi finxit, tam autem Sincerae pietatis Studium facit ut ab istis factiosis Superstitionum propugnatorib; singulariter abhorream. Quid igitur isthuc faciam? ubi mihi cum irrequietis gladiatorib; res sit? Qui me saepe antehac, vobis scientib; at dissimulantib; contumelia, minis, et duris execrationib;

[Hsc. a. 99.]

Nr. 95]